ant pulveres, niſi in aqua penitus ſolubiles, cum alias mechanice lædant. Si vero velis, ut vellicent, pulveres quidem ingredi poſſunt, ſed tamen tenuiſſimi. Inſtillantur ægris in dorſo cubantibus. 2do. Forma liquoris pro lotione, e. g. poſt inflammationem ſublatam, rubedine ex laxitate vaſorum permanente, uti eſt ſolutio lythargirii. 3tio. Forma balnei, quod multiplex eſſe poteſt. 4to. Forma inunctionis, ſi ad tollendas maculas inungitur, v. g. unguentum mercurii præcipitati rubri. 5to. Forma cataplaſmatis emollientis, diſcutientis. 6to. Forma pulveris ophthalmici, qui inſufflatur oculo, adeoque levigatiſſimus eſſe debet.

## §. III

## *Selectus & diviſio medicamentorum.*

Remediorum catervus apte dividitur in ſex claſſes magis generales, quarum

I. Continet *antiphlogiſtica* ſubdividenda
1mo. in antiphlogiſtica emollientia,
2do. in antiphlogiſtica ſolventia.
Illa tepida, hæc frigide adhibentur e. g. althæa, quæ ad priorem, ſcorzonera, quæ ad poſteriorem ſubdiviſionem pertinet.

II. Comprehendit *ſolventia*. Hæc ſubdividuntur
1mo. in reſolventia ſimpliciter,
2do. in alternantia,
3tio. in mercurialia,
4to. in ſpecifica, uti cicuta & aconitum.

III. Exhibet *antiſeptica*, quæ diſpeſcuntur
1mo. in acida vegetabilia,
2do. in acida mineralia, magis antiſeptica,
3tio. in tonica,
4to. in adſtringentia,
5to. in ſtimulantia,
6to. in medicamenta antiſeptica ex prioribus compoſita.

IV. Habet *evacuantia*, & quidem

1mo. emetica, tum mitiora, tum fortiora,

2do. purgantia, quæ ſubdividuntur in purgantia antiphlogiſtica, in purgantia ſimpliciter talia, & in purgantia fortiora.

3tio. ſudorifera,

4to. diuretica, tum emollientia, tum acria.

5to. ſialagoga.

NB. De emenagogis, fætum vel hæmorrhoides pellentibus & expectorantibus ſeorſim ſermo erit.

V. Suppeditat *nervina*, quæ vel ſunt nervina tonica, vel nervina anodina.

VI. Præbet *ſpecifica*, v. g. ſpecifica antiſeptica, anthelmintica, &c.

## §. IV.

*Formularum exemplaria.*

Sequuntur jam quædam formularum exemplaria, quibus poſtmodum indicatis in caſibus

ſibus uti licebit, aut ſaltem ad earum normam novas componere. Sparſa absque ordine exhibentur, qui cuique digerendus relinquitur.

## *Formulae.*

*Potus antiphlogiſticus.*

℞. Hord. mund. unc. II.
coq. ſuff. quant. aquæ ad crepatur. usque, collat. libr. II. adde
Nitr. pur. drach. I. ſem.
ſyr. acetoſ. citr. vel
— acet. vel
— ribeſior. unc. II.

M. D. S. ſumat omni bihorio vaſculum unum.

NB. Signatura nunquam debet omitti, neque dies menſis, quo præſcripta eſt formula. Cauſa patet per ſe. Præterea ſcribatur legibiliter, non facile per ſigna, neque per abbreviationes.

*Potus antibilioſus eccoproticus.*

℞. Hord. mund.
Tamarind. enucl. aa. unc. II.
coq. ſuff. quant. aquæ ad crepat. hord. usque; collat. libr. II. adde
Sal. mirabil. Glaub. unc. ſemis.
ſyr. ribeſior. unc. II.

M. D. S. ſumat omni bihorio vaſculum unum.

*Potus analepticus in proſtratione virium.*

℞. Decoct. hord. libr. I. ſemis. vini rhenan. vel au-

auſtriac. montan.unc. ſex.ſacchar. q.ſ. ut fiat potus acido - dulcis.
Sign. ſumat omni bihorio uncias quatuor.

NB.quantitas & tempus excepto potu ordinario, nunquam arbitrio ægri committenda ſunt, ſed in formula exprimenda.

*Mixtura antiphlogiſtica.*

℞. Aquæ commun. unc. V. Nitr. pur. drach. I. ſemis. ſyr. acetoſ. citr. unc. I.

D. S. omni bihorio vaſcul. unum, ſuperbibendo vaſcula duo potus ordinarii.

NB. Culpari poteſt nimis parca nitri doſis; putant enim aliqui, vim ſpecifice refrigerantem ei ineſſe, aſt errant; nitrum eſt ſal, & ſtimulat, ſed mitius quam reliqua ſalia. Poſt nitrum mitiſſimum ſal eſt terra foliata tartari.

*Emulſum.*

℞. Amygdal. dulc. decort. unc. I.
f. c. ſ. q. aquæ lege artis emulſio libr. I. ſemis, cui adde
Nitr. pur. drach. I. ſyr. alth. unc. I. ſemis.

M. D. S.
Si emulſum camphoratum habere velis, adde poſt nitrum
Camphor. gran. VI. - X - XV.

*Emulſum ex tempore parandum.*

℞. Pul. gum. arabic. unc. I. ſolv. in aquæ libr. I.

I. ſemis : dein adde
olei olivar.
ſyr. diacod. aa. unc.
I. ſem.
fiat conquaſſando emulſum.

*Potus deobſtruens in infarctu hepatis.*

℞. Fruct. ceraſor. recent. libr. II. coque per $\frac{1}{8}$ hor. in ſuff. quant. ſeri lactis; collat. libr. II. adde
Tartar. tartariſ. drach. VI. ſyr. ribeſior. unc. III.

M. D. S. ſumat omni hora vaſculum unum.

NB. loco ceraſorum poſſunt ſumi fructus ribeſiorum.

*Potus antiſepticus in febri putrida.*

℞. Decoct. hord. libr. I. ſemis. ſpirit. vitriol. drach. VI. ſyr. violar. unc. III.

M. D. S. ſumat omni bihorio uncias duas. (*

*Potus aperiens in pertinaci quartana.*

℞. Rad. gramin.
— taraxac. aa. libr. ſemis conciſs. contuſ. coq. in ſuff. quant. aquæ per hor. collat. fortit. expreſs. libr. I. adde
tartar. ſalub. drach. III. ſyr. rad. V. aperient. unc. II.

 M.

(* Suadendum potius mihi videtur, ut in re medica nondum bene practici in dando ſpiritu vitrioli a minori doſi inciperent, & ad majorem, e. g. drachmas ſex, vel unciam unam aſcenderent.

M. D. S. omni bihorio ſumat vaſculum unum.

*Electuarium*
*in febre quartana.*

℞. Extract.gramin. unc. III. terr. foliat. tartar. drach. III. ſyr. fumar. quant. ſatis, ut fiat electuarium molle.

*Pillulæ*
*egregie reſolventes in eadem.*

℞. Extr. fl. arnic. unc. ſemis. ſulph. antim. aurat. ſecundæ præcip. drach. II. Elixir. ſtomach.temp. q. ſ. ut f. pill. gran. III. ſ. ſumat bis de die duas.

NB. In alterantibus nunquam a plena doſi incipiendum.

*aliæ*
*in eodem caſu.*

℞. Extr. amaric. drach. VI. kerm. miner. Drach. ſemis. ſyr. fumar. q. ſ. ut f. pill. gran. III. ſ. ſumat No. IV.

*Pillulæ*
*tonicæ in chloroſi.*

℞. Limat. mart. non rubig. Extract. centaur. min. gummi ammoniac. aa. Drach. II. ſyr. fumar. q. ſ. ut f. pill.

*aliæ.*

℞. Extract. ſquill. drach. I. Gummi ammon. Drach. III. Oxymell. ſquillit. q. ſ. ut f. pill.

Pi-

*Pillulæ in lue venerea, ſcrophulis &c.*

℞. Reſin. Guajac. unc. ſem. Extract. aconit. drach. I. Mercur. dulc. drach. ſemis. Eſſent. lignor. q. ſ. ut f. pill.

S. ſumat initio tres, dein quatuor, tandem quinque.

*aliæ.*

℞. Extract. cicut. unc. ſemis.

— aconit. Drach. I.

mercur. ſublim. corroſiv. dr. XV.

ſyr. cinamon. q. ſ. ut f. pill. N°. 300.

Sig. ſumat de die quatuor.

*aliæ.*

℞. Micæ panis alb. drach. X. Eleoſacch. menth. drach. II. Mercur. ſublim. corroſ. in aqua menth. ſolut. drach. I.

Miſce exacte in mortario vitreo; fiunt inde pill. N°. 600.

*in eodem caſu.*

℞. Tinct. guajac. nativ. cum tafia parat. libr. ſemis.

Mercur. ſublim. corroſ. gr. III.

Sign. ſumat mane & veſperi cochleare unum ſuperbibendo vaſculum decocti hordei.

NB. Contra indicatur mercurius ſublimatus corroſivus in pectore debili aut ſubinflammato, in hæmoptoe, plethora, pa-

pariter in teneris, & infantibus, quibus panacea potius vel ſolutio Plenkiana, danda eſt, aut ſi infantes ubera adhuc ſugunt, mercurius detur nutrici. Ergo ſublimatus non indiſcriminatim uſum habere poteſt; reſpiciendus eſt morbi gradus, pars affecta, & corporis conſtitutio.

*Solutio aquoſa mercurii.*

℞. Aquæ ceraſor. nigror. unc. VI.
Syr.kermeſin. unc. I.
Mercur. ſublim. corroſiv. gr. III.

M. S. Mane & veſperi ſumat cochleare unum, ſuperbibendo lac, vel decoctum hordei, vel tenuem ſchocoladam.

NB. Qui taſiam non ferunt, his ſolutio hæc aquoſa convenit. Additur ſyrupus kermeſinus vel menthæ ad impediendam cardilagiam.

*Pillulæ Plenkianæ.*

℞. Mercur. viv. depuratiſs. Drach. I.
Gum. arabic. pulver. Drach. II.
conterantur bene in mortario vitreo, & ſubterendo adde
ſyr. violar. cochlear. I.
Exacte inter ſe mixtis adde
Extract. cicut. drach. I.
Miſce, fiant pill. gr. II. conſperg. pulvere liquerit.

D. S. mane & veſperi ſumat N°. I.

Eva-

*Evacuans ſurſum.*

℞. Pulv. rad. ipecachuan. gr. XXIV.
Crem. tartar. ſcrup. I.
M. f. Pulvis pro doſi.

NB. Non ſuperbibatur potus copioſus, ſed ſolum quantum ad deglutionem pulveris neceſſe eſt. Poſt ſingulum autem vomitum ſuperbibat vaſculum unum potus Thee, v. g. ex flor. ſambucci, acaciæ, tiliæ, alias enim diluendo pulverem enervat. Verum potus theatus jam debet paratus in vaſculo ante ægrum haberi.

*Infuſum emeticum.*

℞. Pulv. rad. ipecachuan. crem. tart. aa. drach. I.
Infund. ſ. quant. aquæ ferv. vaſe clauſo per horam; collat. unc. IV. adde
Oxymel ſquill. unc. ſemis.
M. D. pro doſi.

*Infuſum vinoſum emeticum.*

℞. Pulv. rad. ipecach. drach. II. infund. ſ. q. vini albi. ſtet in infuſione calida per noctem.
Liquor decant. unc. IV. Detur uſui.

NB. Poteſt infuſum hoc ſaccharo edulcorari, ſed nunquam eleoſaccharo, quia nauſeam tolleret.

*aliud.*

℞. Tartar. emetic. gr. IV.



Aquæ

Aquæ deſtill. ſimpl. libr. ſem.

M. D. u. f. ſumat omni quadrante horæ quartam partem.

*Pro robuſtiori.*

℞. Pulv. rad. ipecachuan. gr. XXIV.
Tart. emetic. gr. I.

M. f. pulvis pro doſi.

*Pro puero primum annum mox egreſſo.*

℞. Tartar. emetic. gr. ſemis. Aquæ deſtill. ſimpl. unc. IV. ſyr. rubidæi, unc. ſemis.

M. D. S. ſumat ſemper quartam partem, donec vomat.

*Scopo alternante, reſolvente, menſtrua pellente, ſudorifero, antiſpaſtico.*

℞. Pulv. rad. ipecach. gr. II. ſacch. alb. drach. II.

Terendo miſce exactiſſime & divid. in doſes No. VIII.

S. ſumat omni trihorio doſin unam.

*Scopo alternante ſudorifero.*

℞. Pulv. rad. ipecachuan. gr. II.
Opii pur. gr. I.
Lap. cancror.
Sacchar. alb. āā. ſcrup. I.

M. divide in doſes No. VI.

S. omni trihorio vel quatrihorio ſumat doſin unam.

NB.

NB. additur ſaccharum & lapides cancrorum, ut facilius opium qua corpus oleoſum ſubigatur.

*Purgantia,*

*mitiora, eccoprotica, minorativa veteribus dicta.*

℞. Sal amar. unc. I. vel drach. X.
ſolv. in libr. I. ſemis aquæ communis.
detur uſui, ut omni media hora bibat vaſculum unum frigide.

NB. Frigide debent ſumi hi potus ſalini, quia alias ſæpe vomituritionem excitant. Volunt non nulli has ſolutiones ſyrupo edulcorari, verum magis inde nauſeoſæ fiunt.

*aliud.*

℞. Sal. mirabil. Glaub. drach. VI. ſolv. in libr. ſemis aquæ commun.
d. u.

*aliud*

*in diuturna obſtructione alvi.*

℞. Sal. amar. unc. I. ſemis. ſolv. in libr. I. juris carnium. ſumat omni hora vaſculum unum.

*Purgans antiphlogiſticum.*

℞. Pulp. caſſiæ.
— tamar. aa. unc. I. ſemis. crem. tartar. drach. III.
ſolv. ſuff. quant. aqu. calid. collat. libr. X. adde
ſyr. roſar. ſolut. unc. I. ſemis.

M. S. ſumat omni hora vaſculum unum.

*Antiphlogiſticum antibiliosſum.*

℞ Fruct. tamarind. enucl. rad. gramin. aa. unc. II. crem. tartar. drach. 3. III. coq. ſ. q. aquæ per $\frac{1}{4}$ hor. collat. libr. I. adde ſyr. mannat. unc. I. ſemis.

S. ſumat omni hora vaſculum unum.

*aliud.*

*iis inſerviens, qui fere ſemper alvo obſtructa laborant, dum interim calida non ſerant.*

℞. Pulp. tamarind. unc II. ſemis.

Pulv. fol. ſen. ſ. ſt. drach. I. ſemis. crem. tartar. drach. III.

ſyr. ribeſior. unc. I.

Miſc. f. electuar.

S. ſumat omni bihorio cochleare unum majus.

NB. Poteſt & his electuarium lenitivum ſolum præſcribi. Hæmorrhoidariis præcipue utile eſt, uti & iis, qui pillulis aloeticis ſibi talem contraxere conſuetudinem, qua non deponunt alvum, niſi ſumpta pillula. Hi curantur 1mo. diæta refrigerante. 2do. pillulis omiſſis. 3tio. longo uſu tamarindorum, caſſiæ & mannæ.

*aliud.*

℞. Mann. calabrin. unc. III.

III. crem. tartar. drach. III.
ſolv. in ſuff. quant. aquæ calid. collat. unc. X. adde
Syr. acetoſ. citr. unc. I. ſemis.
S. ſumat omni bihor. vaſculum unum.

NB. Manna ſola tum nauſeoſa eſt, tum raro purgat, ideo illi ſalia junguntur & grati ſyrupi. Præterea de mannæ uſu notandum venit, illam pro infantibus & pueris in juſculo aut lacte ſolvi, adultis vero ſolam nunquam ſufficere.

*Rheum.*

Rheum ſcopo ſtomachico & alvum ſimul leniter ſubducente maſticatur. Si in pulvere ſcopo purgante præſcribatur, debet drachma præſcribi; ſcopo tonico vero & ſimul leniſſime alvum movente ad ſcrupulum vel grana XV. Quare hunc in ſcopum chloroticis, & leucoræa laborantibus ſequenti modo præſcribi ſolet.

℞. Pulv. rhei.
— Myrobalan.
Fl. ſal. ammon. martial. aa. drach. I.
Syr. cichor. c. rheo, q. ſ. ut f. pill. gr. III.
S. ſumat omni bihor. quatuor.

*vel*

℞. Extr. rhei.
Pulv. rhei.
fl. ſal. ammon. mart. aa. drach. I.

Syr.

Syr. cichor. c.rh. q. ſ. ut f. pill. gr. III.
S. ſumat omni die bis No. tres.

*vel*

℞. Tinct. rhei aquoſ. vel tinct. rh. c. aq. menth.

vel

— c. aq. chamom.

vel

— c. aq. fœnicul.
parat. unc. IV.

D. u. ſumat omni bihorio cochleare unum majus.

*vel*

℞. Tinct. rh. aquoſ. cum duplo rh. parat. unc. IV.

vel additur parva quantitas magneſiæ nitri, quæ præcipue iis præſcribitur, qui debili ventriculo & ſimul acido laborant.

*Purgans aloeticum.*

℞. Aloes ſuccotr. gr. XXIV.

Elix. propr. dulc. q. ſ. ut f. l. a. pill. No. VIII. dentur pro doſi.

*aliud.*

℞. Aloes ſuccotr. gr. XX.
Sacch. alb. ſcrup. II.
terendo miſce pro doſi.

NB. Aloes uſus nunquam diu protrahendus eſt, præcipue viris ſedentariis, cum ad hæmorrhoides, uti etiam ad fluxum uterinum prædiſponit. Si conveniat unquam, certe hominibus paſtaceis, leucophlegmaticis.

*aliud*

*aliud.*

℞. Pulv. jalap.
crem. tart. aa. drach.
ſemis.
Miſce terendo.
S. pro doſi.

*aliud.*

℞. Reſin. jalap. gr. X.
ſolv. in drach. II. ſpir.
aniſ.
Detur pro doſi.

NB. Uti reſina jalappæ, ſic etiam reſina ſcamonei præſcribitur.

*aliud.*

℞. Reſin. jalap. gr. X.
—XV.
Solv. terendo in unc.
II. emulſi amygdal;
ſolutis adde
Sacchar. q. ſ. ad
grat.
Detur pro doſi.

*aliud.*

℞. Reſin. jalap. pineis
ſubact. gr. X.-XV.
Sacch. alb. ſcrup. II.
Exacte terendo miſce
& da pro doſi.

*Antiſeptica.*

℞. Decoct. hord. libr. I.
ſpir. ſal. acid. drach.
II.
Syr. kermeſ. unc. II.
M. D. S. ſumat omni
hora vaſculum.

*aliud.*

℞. Syr. acetoſ. citr. unc.
II.
ſpir. vitriol. drach. II.
M. D. u.

*aliud.*

℞. Pulv. cort. peruv.
unc. I. ſem.
coq. pr. ¼ hor, vel
per hor. vel. pr. 2.
hor. ſ. q. aquæ. col-
lat.

lat. unc. XIV. adde
Syr. kermeſ. unc. I. ſemis.

D. S. omni bihorio vaſculum unum.

NB. Addi poſſent etiam drachmæ duæ ſpiritus vitrioli, aut ſpiritus ſalis acidi.

*aliud.*

℞. Pulv. cort. peruv. alkohol. unc. I.
infund. ſ. q. aquæ frigid. infuſion. pr. $\frac{1}{4}$ hor. continuo terendo in mortario lapideo: ſtet dein affuſ. nova aqua adhuc in infuſione frigida pr. 24. hor. liquori decant. unc. XIV. adde
Syr. kermeſ. unc. II.

M. D. S. omni bihorio vaſculum unum.

NB. Hoc infuſum frigidum corticis ſæpe convenit, dum pulverem aut etiam decoctum vel vomitu vel alvo rejiciunt ægri in nimia irritabilitate. De ejus efficacitate nemo amplius dubitabit, cum majorem certe habet amaritiem, quam ipſum decoctum.

*aliud.*

℞. Pulv. rad. arnic. ſcrup. I. — drach. ſem. — ſcrup. II.

Dentur tales doſes N° XII.

NB. Radix arnicæ certiſſime antiſeptica in noſocomio noſtro vien-

nenſi

nenſi homini ex nimia ſuppuratione tabido, cortice fruſtra ſuppeditato, ſanitatem reſtituit integram, conſumta omni die uncia una ſemis.

Convenit 1mo. in vera virium vitalium depreſſione febris putridæ. 2do. in diarrhæa febris putridæ, ubi eo melior, quod eam non ſimul & ſemel, verum moderando primum, tum demum ſupprimendo ſiſtat. 3to. in tabe ex nimia ſuppuratione. 4to. in dyſſenteriis putridis.

*aliud.*

℞. Pulv. rad. arnic. unc. I. infund. ſ. q. aquæ per ½ hor. ſub finem parum coque; collat. unc. XIV. adde
Syr. contrajerv. unc. II.
M. D. S. ſumat omni bihorio vaſculum unum.

*aliud.*

℞. Fl. arnic. drach. I. coq. pr. ¼ hor. ſ. q. aquæ. collat. unc. XIV. adde
Syr. cort. aurant. unc. I. ſem.
M. D. S. ſumat ab initio vaſculum unum.

NB. Flores tam infuſi quam decocti cardialgiam & vomitus excitant, uti & extractum, ſi in nimia doſi ſuppeditentur; hinc ſcopo reſolvente in febri quartana & paralyſi a parca quantitate incipiendum, ut ſolummodo ſumat omni bihorio

vaſ-

vaſculum ſemis. Majori autem doſi dentur in ſoporoſis, incipiendo ſcilicet ab unc. ſemis ad unciam unam vel etiam unam & ſemis. Si cardialgiam leviorem ſentire incipiant, tunc doſi iterum imminuta ſucceſſive deſcendimus.

*Succus.*

℞. Hb. acetoſ.
— beccabung. aa. q. ſ.

ut inde exprimatur ſuccus unc. IV,
cui per ſubſidentiam clarific. adde
Syr. acetoſel. unc. I. ſemis.
m. d. u.

NB. Non nunquam ſal medium additur. Eodem modo chærophyllum, endivia, portulacca, cichoreum & taraxacum præſcribitur: v.g.

℞. Rad. taraxac. c. toto

Notandum. ſuccos iis, qui debili laborant ventriculo, nunquam eſſe præſcribendos, ſed ſi indicantur, his conſervas ſubſtitui.

*Cerevisia medicata.*

℞. Raphan. ruſtic. raſi,
naſturt. aquat.
braſſic. rubr. conciſſ.
aa. unc. II.
Semin. dauci leviter contuſ. drach. III.
Sacculo incluſa infunde in libr. II. cereviſ. per noctem frigide.

*alia.*

℞. Sumitat. centaur. min. abſynth. aa. mpl. I.
fla-

flaved. cortic. aurant. drach. III.

infunde ſacculo incluſa in cereviſiæ vel vini libr. III. frigide per noctem.

*Vinum medicatum.*

℞. Pulv. cortic. peruv. unc. II.
— lig. quaſſiæ.
— cortic. VVinter.
aa. unc. ſemis.

mixta infunde frigide per plures dies in libr. IV. vini boni auſtriaci vel burgundici.

Sumat ter de die vaſculum unc. III. ſingulis vicibus decantando.

Egregium hoc eſt medicamentum poſt febres longas cortice curatas.

*aliud.*

℞. Squill. recent. in taleol. ſect. drach. III.
Pulv. cort. vvinteran. drach. II.
Salis tartar. unc. ſemis.

infunde cum vini rhenani libr. II. frigide per 24. hor.
uſus prioris.

Medicamentum hoc egregie diureticum in hydrope & ſtimulans quam maxime commodum.

*aliud*

*in chloroſi. &c.*

℞. Limat. mart. non rubig. unc. ſemis.



Pulv.

Pulv. cort. peruv. unc.
I. ſemis.
— — cinamom.
drach. II.
infunde cum vini
rhenani libr. II. ut prius.

*Species.*

Scopo prophyllactico in pituitoſis pulmonum morbis curatis loco Thee hollandici præſcribuntur ſpecies ut plurimum ſequentes:

℞. Hb. veronic.
— ſalv.
— hyſop.
— millefol. aa. mpl. I.
conciſ. d. ſ. ſpecies pro Thee.

*Potus antiphlogiſticus Tiſſoti.*

℞. Hord. mund. unc. II.
crem. tartar. drach. III.
coq. ſ. q. aquæ per ¼ hor. collat. libr. VI.
detur uſui.

Potus iſte tepide ſumptus in acutis, frigide in bilioſis ſaburralibus egregius & ubique facillime parandus eſt.

*Decoctum album Sydenhamii.*

℞. Mic. pan. unc. II.
Raſur. C. C. drach. II.
coq. ſ. q. aquæ per ¼ hor. ſub finem coct. adde
pulv. cort. cinam. ſcrup. I.
ſtent parum in infuſione. collat. libr. II. detur uſui.

*Decoctum antidyſſentericum Deignieri.*

℞. Cort. ſimarub. unc. ſemis.
coq. in libr. I. ſemis aquæ

aquæ ad reman. libr. I.
S. ſumat omni trihorio
partem tertiam.

*Potus ordinarius in lue.*

℞. Raſur. lig. guajac.
Rad. ſarſa par.
— chin. nodoſ. aa.
unc. I.
Raſur. liquer. unc.
ſemis. pulv. ſemin.
fænicul. dulc. drach.
I.
Mixta dentur uſui, ut
domi mpl. I. coquatur.
in libris II. aquæ per
½ hor.

NB. Interim mercurius
interne exhiberi debet.

*Camphoratum in febribus exanthematicis.*

℞. Camphor. pauxillo
ſpiritu vini irrorat.
gr. I.
Sacchar. alb. ſcrup. I.
terendo miſce; & dentur
tales doſes Nro. VIII.
S. ſumat omni bihorio
doſin unam.

NB. Etiam cum lapidibus
cancrorum & ſaccharo
in pulverem teri
poteſt camphora, ſed
facilius tamen, ſi prius
irroretur ſpiritu vini.

*aliud.*

℞. Camphor. mucilag.
gum. arab. ſubact.
gr. X.
Syr. contrajerv. unc.
I. ſemis.
aquæ ceraſ. nigr. unc.
V.
M. D. u.

*Gummiferulacea.*

Hæc ſolent in pillulis
vel ſubacta vitello ovi
vel ſoluta oxymelle ſquil-



li-

litico aut aceto in mixturis præſcribi : e. g.

℞. Gum. amoniac.
— myrrh.
— aſſ. fætid. aa. drach. I. ſemis.
Eſſentiæ myrrh. q. ſ.
ut f. l. a. pillul. gr. III.

*Expectorans.*

℞. Gum. amon. vitel. ovi ſubact. drach. I. ſemis.
Aquæ puleg. unc. V.
Syr. hyſop. unc. I.
M. D. u. ſ. ſumat omni bihorio cochleare unum.

*Gummilacca.*

Scorbutici & venerei, præcipue qui diutius cura mercuriali utuntur, habitum fætidum & laxas ulceroſasque gingivas habent; hinc illis ad halitum corrigendum paſtilli, ad firmandas vero gingivas remedium ex gummilacca præparatum præſcribi ſolet. e. g.

℞. Tinct. lacc. aluminoſ.
Syr. myrtill. aa. unc. I. ſem.
m. d. u.

*Extractum myrrhæ aquoſum.*

In pulmonum morbis, præcipue in phtyſi ſæpe præſcribitur:

℞. Extr. myrrh. aquoſ. drach. I.
Sacch. cand. unc. I.
m. f. pulv.
S. ſumat omni bihorio cochleare unum.

No-

Notandum, hoc remedium in phtyſi vera purulenta non convenire, ſed ſolummodo in ſpuria ſive in infarctu pulmonum pituitoſo.

*aliud*

*ſcopo chyrurgico.*

℞. Pulv. myrrh.
— maſtic. aa. unc. I.

m. d. u. oſſi carioſo inſpergendum.

*aliud*

*ad ulcera detergenda.*

℞. Eſſent. myrrh.
mell. roſar. aa. unc. I. ſemis.
infuſ. ſumitat. abſynth. libr. I.

m. d. u.

*Epiſpaſtica.*

Scopus epiſpaſticorum debet eſſe mere excitans ibi, ubi & reliqua methodus excitans antiſeptica adhibetur; hinc ſane epiſpaſtica non conveniunt ægro, in quo vires vitæ exorbitant. Locus applicandi optimus ſunt ſuræ, vel femora interna, & omni ſexta aut octava hora renovari debent.

℞. Ferment. pan. libr. ſemis.
farin. ſemin. ſinap.
Sal. marin. aa. unc. I. ſemis.
acet. fortiſſ. q. ſ. ut fiat epiſpaſticum.

cavendum, ne laxis, ſcorbuticis, obeſis applicetur, hi enim inde ulcera aut nunquam aut difficillime curanda acquirunt.

*Suffimigia.*

Pulvis groſſus ad unam alteramve unciam pro ſuffimigio præſcribitur ad tumores laxos frigidos pedum poſt morbos acutos vel hydropes curatos remanente ſolum ex laxitate hydrope pedum. Modus ſuffimigia applicandi optimus eſt, ſi pes ita panno tegitur, ut infra liber maneat ſuper fumum, dein eodem panno bene perfricetur, & demum unam alteramve horam in lecto exigat.

Adhibentur & ſuffimigia ad luſtrandum aerem, multa vero eundem non corrigunt, ſed ſolummodo odore nares noſtras fallunt. Ut aer luſtretur, requiritur motus & renovatio, quod obtinetur 1mo. viva flamma, 2do. ut feneſtræ cum foribus aperiantur, 3tio. ventilatore, 4to. ut aer externus ſit purus.

Optima luſtratio eſſet, ſi cubile aere dephlogiſticato impleri poſſet; bonum inde eſt, nitro in cubili detonato aerem purificare.

*Exemplar ſuffimigii.*

℞. Fl. benzoes.
nitr. pur.
ſal. ammoniac. aa.
drach. I. ſem.
pulv. bacc. junip. unc. I.
M. d. u.

*aliud.*

℞. Pulv. lign. rhod. unc. I. ſemis.
nitr.

nitr. pur. unc. ſemis.
maſtich.
oliban. aa. drach. II.
m. f. ſuffimigium.

*Potio Riveriana.*

℞. Aq. commun. unc. V.
ſpirit. vitriol. drach. II
Hic liquor ſtet paratus in uno vaſculo.
℞. Aq. commun. unc. V.
ſal. tartar. drach. II.
hic liquor in altero. damus de utroque liquore vel unum ſtatim poſt alterum, vel in actu effervescentiæ unc. unam omni bihorio in vomitu hyſterico & etiam bilioſo ob nimiam tenacitatem inani, cum hæc potio eandem ſolvat, & dein alvum moveat.

Huic quoque ſubſtitui poſſunt lapides cancrorum ſucco citri, aceto, aquis ſelteranis ſaturati, in actu effervescentiæ ſumpti.

*In Leucophlegmatia.*

℞. Theriac. diateſſ. drach. ſemis.
fl. ſal. amon. martial. gr. X.
conſerv. abſynth. q. ſ.
ut f. potus. Dentur tales No. VI.

S. ſumat tres de die.

Notandum, in leucophlegmatia, chloroſi & inde reſtitantibus menſibus cavendum eſſe a ſtimulantibus nimium, quia alias, ſi ſtatim aggrediaris acribus, oritur febris quam maxime pericoloſa. Hinc incipimus a ſalibus me-

diis adjecto rheo, aſcendimus dein ad theriacam & hanc diateſſaron, vel ad pillulas ex extractis amaris, & ultimo demum ad aloetica, myrrham, martialia. Cave quoque ab emenagogis, vel ſic dictis *menſes pellentibus*; indaga potius in cauſas & morbum, ob quem reſtitant, cura illum & menſes redibunt.

Idem de lochiis.

Ecpolicorum, ſive claſſis fœtum pellentium exterminanda prorſus eſt.

*Balſama.*

Frequens horum bonusque uſus, frequentior tamen pejorque abuſus in phtyſi & gonorrhæa; nam cadavera eorum, qui vera phtyſi mortui ſunt, exhibent non ulcera ſolum forte balſamis conſolidanda, ſed margines circa circum inflammatos, atque adeo ſtatum quaſi peripnevmonicum, quem certe balſama ob ſtimulum augere debent.

Idem de uſu balſamorum in gonorrhæa, quæ vera urethræ inflammatio eſt, a viru venereo inflammante. Felicior uſuque magis probata medendi methodus eſt, quæ gonorrhæam curat diæta tenui refrigerante, medicamentis emollientibus, & leniter eccoproticis. e. g. electuario lenitivo.

*Exhibendi modi ſunt:*

1mo. Dantur cum roob & ſyrupis indicatis in electuariis.

2do

2do. in pillulis cum ſuff. quant. pulveris liquerit.

3tio. in pulvere cum ſaccharo, ita, ut guttæ IV. balſami excipiantur drach. I. ſacchari.

4to. Eleoſaccharum hoc lacti miſtum.

5to. in guttulis, ſoluta in liquore anodino minerali.

6to. Scopo chyrurgico detergente mixta cum melle.

7mo. ſubacta mucilagine vel ſyrupo, aquis mixta, in forma mixturæ.

8vo. forma enematis, uti eſt

*Enema Swietenii in diarrhœa colliquativa.*

℞. Therebinth. vitell. ovi ſubact. drach. II.
Theriac. andromach. unc. II.
lact. vaccin. libr. ſemis.

Injiciatur tale omni bihorio.

NB. Etiam in teneſmo dyſſentericorum laudatur hoc enema; ſed male, cum nimium ſtimulet, & vellem, ſi opium indicatur, potius purum ſolutum injicere.

*Diuretica.*

Diuretica potiſſimum ea ſunt, quæ ex ſquilla, millepedibus, & extracto lactucæ viroſæ parantur. Priusquam vero medendi formulas ſiſtamus, quasdam percurremus adnotationes practicas. Nota ergo:

1mo. in hydrope alia aliis eſſe diuretica.

2do. male omnem operam

ram conſumi in aquis educendis; nam cauſa ſublata aquæ facili negotio per lenia diuretica evaporantur; hinc omni ſtudio primum cauſam perſcrutari oportet.

3$^{tio.}$ a purgantibus draſticis abſtinendum eſſe; nam cum cura hydropis admodum longa ſit, nemo eſt, qui per tantum tempus talia ferat, absque grandi virium jactura.

4$^{to.}$ nec diuretica validiſſima danda eſſe, ſed ſolum lenia; medicum enim verum cauſam auferre oportet, ſi fieri potuerit. (*

5$^{to.}$ cave a ſiti; dentur potulenta, ſed accommodata cauſæ.

6$^{to.}$ cave, ne accedat febris continua.

7$^{mo.}$ intermittentem ne timeas, quin imo utere illa, nam licet ſæpe numero, tanquam medicatrice.

8$^{vo.}$ cave, ne nimium feſtines & remedia continuo mutes, nam curatio requirit menſes.

De

(* Adeſt adhuc fæmina in noſocomio vienneuſi laxa, debilis, hydropica, quæ cortice peruviano, liquore terræ foliatæ tartari & oxymelle curatur, & aderat ante annum alia, quæ in diſpoſitione inflammatoria emollientibus junctis cum terra foliata tartari & oxymelle pariter curata eſt.

De duobus adhuc curandi adminiculis mentionem facere oportet, quæ non parum referunt ad felicem hydropis curam, de faſciatione ſcilicet, & de inciſione.

*Inciſio* tunc fieri poteſt, quando morbus tantum gradum jam aſſecutus eſt, ut ſuffocationem metuas. Inſtitui debet ad malleolos internos lanceola ſcindentiſſima, vulnuſculo minimo, & nunquam in utroque pede ſimul.

*Faſciæ* & ligatura artuum non debent adhiberi, niſi in hydrope topico, cauſa hydropis ſublata, remanente adhuc tumore crurum. Faſciandum autem crus eſt tempore matutino cum faſcia absque margine replicato, & nunquam ſola applicanda, ſed ſemper ſimul lenia eccoprotica, tamarindinata exhibenda, ne alio in loco accumulatio aquarum fiat. Non nunquam aliud quoque adminiculum habemus, ſeſſionem ſcilicet, qua in ſella etiam dormiunt hydropici ad evitandam ſuffocationem.

*Remedia uſitatiora.*

℞. Extr. ſquill. gr. I.
nitr. pur.
ſacch. aa. gr. XV.

m. dent. tales doſes No. VIII.

S. ſumat quater de die doſin unam.

*aliud.*

*aliud.*

℞. aqu. petroſel. unc. V.
liq. terr. foliat. tart. drach. IV.
Extr. ſquillit. gr. VI.
Syr. fænicul. unc. I.

M. d. ſ. ſumat omni bihorio vaſculum unum.

*aliud.*

℞. Extr. ſquill. drach. ſemis.
— rhei, drach. I. ſemis.

f. inde pill. gr. II.

S. ſumat quater de die tres.

*aliud.*

℞. Pulv. ſquill. præp. drach. I.
Extract. liquer. drach. II.

f. inde pill. gr. III.

Sign. ſumat quater de die tres.

NB. Illi, quibus ſquilla indicatur, cardilagiam non patiuntur; quibus vero cardilagia excitatur, hi aut jam curati ſunt, aut illam non bene indicatam aſſumunt, ſive, quod idem eſt, hi ab hac non experiuntur vim diureticam.

Sunt, quibus præparata ex ſquilla optatos effectus non præſtant; his ſæpe oximel colchicum ſummopere conducit. Exhibetur omni bihorio cochleare majus.

*Millepedes* & ſiccati in pulvere & vivi in ſucco dari conſueverunt; ſed ſiccatorum pulvis plerumque iners eſt, hinc ſuccus emulſus præſcribatur.

℞.

℞. Milleped. viv. N°. 100. vel 200. emulge c. vini bon. auſtriac. ſuff. quant. collat. libr. I. adde

ſyr. V. rad. aperient. unc. II.
liq. anod. min. Hoff. gutt. XV.

S. fumat omni bihorio uncias duas.

*aliud diureticum.*

℞. ſal. tartar. drac. II. acet. ſquillit. q. ſ. ad perfectam ſaturat. cui adde

Roob juniper. unc. I. ſemis.
Aq. Petroſel. unc. V.

m. d. u.

NB. Si millepedes ad pondus præſcribuntur, datur uncia una pro ſucco emulgendo.

*aliud.*

Extractum lactucæ viroſæ egregium ſolvens ſalinum cauſas hydropis tollit, obſtructiones ſcilicet poſt febres longas; cum coindicatis, præcipue vero cum ſale medio & ſquilla præſcribitur ab initio ad drachmas duas, dein tres & tandem ad unciam ſemis intra 24. horas abſumendam.

℞. Extract. lactuc. viroſ.
liq. terr. foliat. tartar.
aa. drach. II.
Oxymel. ſquill. unc. I. ſemis.
Aq. petroſell. unc. V.

m. d. u.

*aliud.*

Cum non raro laxitas &

& debilitas cauſa hydropis ſit, ad eam tollendam cortex, ſed ob effectum, aquam accumulatam ſcilicet, ſui ablotionem petentem combinatus cum ſquill. & terra foliata tartari datur.

℞. Decoct. cortic. peruvian. libr. I. ſemis.
Oxymell. ſquill. unc. II.
terr. foliat. tartar. drach. III.
m. d. u.

S. ſumat omni bihorio vaſculum unciarum duarum.

Non nunquam ſi hydrops conjunctam habeat diatheſin phlogiſticam, diuretica junguntur decocto altheæ tepide ſumendo.

℞. decoct. alth.
— gram. aa. libr. II.
nitr. puri, drach. III.
Oxymell. ſquill. unc. II.
m. d. u.

*Cantharides.*

Tinctura cantharidum etiam inter diuretica refertur, ſed raro diureſin movet, verum ſolum teneſmum ad matulam, quin plus excernatur. Melior ejus uſus eſt in rabie canina in decocto emolliente ad guttas decem per nychtemorum. Nihilominus tamen hydropis per tincturam curati exempla habemus.

*Cura lactea.*

Varium lac eſſe ſolet, quod

quod pro diæta lactea ſuadetur : vaccinum, aſininum, caprinum, nutricis, ſed qualecunque indicatur, recens eſſe debet. Ab initio aſſumat æger libram ſemis vel libram integram per nychtemorum, donec aſſueſcat, dein vero ſucceſſive ad majorem doſin aſcendat. Reliqua diæta ſit antacida; concedantur tamen carnes teneriores & olera. Si fieri poteſt, diæta ita inſtituatur, ut omnes fere cibi ex lacte recenti parentur. Hæc cura præcipue verno & æſtivo tempore inſtituitur, in nimia irritabilitate a nimiis ſtudiis, ſeminis deperditione nimia, in hyſteria & hypochondriaſi ſine materie, in morbis convulſivis a plumbo; in his enim præprimis cum cortice uſum habet inſignem. Cura lactea ſæpe etiam laudatur in phtyſi, ſed male, cum nimium nutriat, hinc enim & febrim & inflammationem auget.

Si lac cum cortice indicatur, ita præſcribitur, ut duæ tertiæ partes decocti corticis, & una tertia lactis ſumantur ſeorſim cocta.

Aqua calcis qua lythontripticum laudatur, pariterque in ſcabie, cancro & phtyſi renali, ſed ſemper cum lacte miſceri ſolet. Ab initio ſumit æger intra 24. horas uncias tres cum æqua-

æquali potione lactis, dein aſcendit usque ad integram utriusque libram.

*Antiſpaſmodica.*

Antiſpaſmodica præcipua hæc ſunt: caſtoreum, moſchus, valeriana ſilveſtris, oleum animale Dipelii, ſpiritus cornu cervi, opium.

1mo. *Caſtoreum* datur in malo hyſterico, hypochondriaco ſine materie, & prophilactice ante ingreſſum paroxiſmi. Sed quæri debet, an ferant ægri?

℞. Eſſent. caſtor.
Liq. anod. min. Hoff.
aa. drach. II.

M. d. ſ. ingruente paroxiſmo guttas XX. ſumat.

2do. *Moſchus* datur in morbis convulſivis, epilepticis, tetano, epiſtotono, chorea S. Viti, mania nervoſa ab hyſteria orta, tuſſi convulſiva, in febre lenta, nervoſa cum ſymptomatibus convulſivis ſcopo antiſpaſtico, in febre miliari, pedechiali, in rabie canina, qua ſudoriferum & excitans.

℞. Moſch. optim. gr. III. — X.
Lap. cancror.
ſacch. alb. aa gr XV.
terendo fiat pulvis, & dentur tales No. XII.

S. ſumat omni bihorio doſin unam.

3tio. *Radix valerianæ ſilveſtris* datur in morbis nervorum, hyſteria, epi-

pilepſia, chorea S. Viti, febribus lentis nervoſis, in febribus putridis ſcopo antiſpaſtico excitante.

℞. Pulv. rad. valerian. ſilv.
ſcrup. I. — drach. ſem.
dentur tales doſes No. XII.
S. ſumat omni trihorio doſin unam.

*aliud.*

*ex eadem.*

℞. Rad. valerian. ſilv. unc. I.
infund. ſ. q. aquæ fervid. per ½ horam: ſub finem momento coque vaſe clauſo: ſtet adhuc in infuſ. calida per ½ hor. collat. unc. IV. adde
ſyr. contrajerv. unc. I. ſemis.
m. d. u.

Egregium in febribus lentis nervoſis, in ſubſultu & tremore remedium.

*aliud.*

℞. Pulv. rad. valer. ſilv. unc. ſemis.
Extr. amaric. drach. II.
ſyr. pæoniæ q. ſ. ut f. l. a. pil. gr. III.
S. ſumat de die pillulas octo.

4to. *Opium* maxime antiſpasmodicum, ſi datur in ſubſtantia cum tripla ſacchari aut lapidum cancrorum quantitate, ſed nunquam dandum in pletora & effectibus ab eadem dependentibus, non in inflammatione, neque in linioſis per ſe, ſed ſolum

lum ubi ſuſpendenda irritabilitas.

*Anthelmintica.*

Talia ſunt cortex peruvianus, limatura ferri, camphora, aſſa fœtida, radix valerianæ ſilveſtris, mercurialia, ſolutio plenkiana, ſemen ſantonici, radix filicis maris, jalappa.

℞. Pulv. ſemin. ſantonic. drach. III.
— rad. jalap.
— vitriol. mart. artific. aa. drach. I.
conſerv. naſturt. aquat.
Oxymel. ſquill. aa. unc. I.
M. f. ſumat omni bihorio cochleare parvum caffee.

Extractum hellebori nigri pariter laudatur contra vermes. Datur a granis VI. ad grana X. infunditur a drach. I. ad III. cum libra ſemis aquæ ruthæ, & ſic præſtat medicamentum ſumme celebratum.

℞. Extr. hellebor. nigr. drach. II. ſolv. in aqua ruth. libr. I. ſemis, cui adde
Syr. abſynth. unc. I.
m. d. ſ. ſumat ter de die cochleare unum.

Extractum nucum juglandis immaturarum eam conſiſtentiam adeptarum, ut per corticem ad nucleum usque acu absque ſenſu reſidentiæ duri corporis transfodi poſſit, a Tiſſoto multum laudatur,

ad-

addita aqua cinnamomi vel vino.

℞. Extr. cort. virid. nucum juglant. drach. I.
aq. cinnam. unc. ſemis.

m. dentur infanti guttæ XXX.

*vel*

℞. Extr. cort. virid. nucum jugl. drach II.
aq. cinam. vel tanacet. unc. IV.
ſyr. abſynth. unc. I.

M. D. S. ſumat omni bihorio cochleare unum.

*vel*

℞. Extr. nuc. immatur. jugl. drach. II.
ſolv. in vini tokajenſ. unc. I. ſemis.

M. dentur guttæ XL. — L.

Lac alliatum medicamentum vulgatiſſimum & certe egregium, præſertim ſi a reptatu lumbricorum aut tæniæ convulſiones oriuntur.

℞. allii, drach. II. infund. in lact. libr. I. calide.

*in eodem caſu.*

℞. olei olivar.
ſucc. citr. aa. drach. VI.
ſacch. alb. drach. I.

Detur pro hauſtu.

*aliud.*

℞. olei nucum jugl.
vini Tokajenſ. aa. unc. ſemis.

Ad præcavendam tæniam vel etiam præſenti canibus cæſareis ſolet reſina jalappæ oleo olivarum ſubigi.

 *aliud*

*aliud.*

℞. ſtan. anglic. raſi. drach. ſemis.
conſerv. naſturt. aquat. q. ſ. ut f. bolus pro doſi.

Petroleum ſæpe verme a perforatione avocat, ſi umbilico illinitur & ſimul etiam interne ad X. vel XX guttas ſyrupo vel vitello ovi ſubactum datur.

*aliud.*

℞. Hydrarg. vivi unc. I.
coq. in vaſe terreo per $\frac{1}{4}$ hor. liquor. decant. libr. I. adde
Oxymel. ſquill. unc. I.

*aliud.*

℞. Rad. gramin. unc. IV.
cort. aurant. ſiccat. drach. II.
cort. cinnamom. gr. VIII.
coq. ſ. quant. aquæ per $\frac{1}{2}$ hor. collat. libr. II. adde
mercurii viv. unc. II.
ſtent in loco calido per 24. hor. vaſe clauſo terreo, decant. liquor. adde
Mell. roſar. unc. III.
d. u.

Circa febrim verminoſam notandum, quod ægri ſæpe lumbricos excernant etiam in aliis morbis, quin febris verminoſa adſit.

*Unguentum contra pediculos.*

℞. Sem. petroſelin. pulveriſ. unc. I.
butyr. inſulſ. q. ſ. ut fiat unguent.

*Unguentum ad Scabiem.*

℞. Sulph. pulver. unc. I.
pulv. rad. helleb. alb.
ſpir.

ſpir. ſalis amon. āā. drach. II.
axung. porcin. q. ſ. ut f. unguentum.

*Unguentum volatile diſcutiens.*

℞. olei olivar. unc. I.
ſpir. ſal. amon. drach. II.
m. conquaſſando f. unguentum.

Egregium hoc unguentum in tumoribus rhevmaticis articulorum, humeri præcipue, ſi addatur tinctura cantharidum.

*Veſicantia.*

Emplaſtrum veſicans fit, ſi drachm. III. emplaſtri de meliloto admiſceatur drachma una pulveris cantharidum; aliqui etiam camphoram addunt ad impediendam urinæ ſuppreſſionem. Videbimus jam effectum veſicantium in homine ſano, ut inde caſus indicatos determinare poſſimus, cum, uti venæſectionum, ita veſicantium plurimus detur abuſus.

1mo. in homine ſano primo mictum faciunt celeriorem, ſed non uberiorem, minuunt quantitatem urinæ, eam ſtrangurioſam efficiunt, & demum mictum ipſum cruentum reddunt.

2do. alvum inhibent, & dein ſupprimunt, per ſuppreſſionem vero excitant tormina.

3to. poſt unam alteramve

ve horam largam diaphoreſin excitant, ita ut præter opium ad maxime diaphoretica pertineant.

4$^{to.}$ efficiunt ſitim, æſtum, cephalagiam, temulentiam, febrim.

5$^{to.}$ adhibitis veſicantibus pulſus non tantum celerior, ſed & contractus magis ac fictitie debilis; quare cavendum, ne febri adſcribatur hæc fictitia pulſuum debilitas.

Hinc veſicantia non conveniunt in morbis plethoricis, in iniciato humorum motu, neque in ſaburra primarum viarum, cum & urinam & alvum ſupprimant; non in apoplexia ſanguinea, angina inflammatoria, pleuritide vera, entheride, ſed conveniunt in anginis rheumaticis, pleuritide ſpuria, rheumatica ſcilicet, judicanda largo ſudore facta venæ ſectione, vel etiam pro varia neceſſitate non facta.

Nocent veſicantia in morbo ſaburrali, proſunt in vero languore virium, in expectata eryſi cutanea, hinc in milliaribus, ſcabie retropreſſa ſponte vel inepta arte, in morbis a ſeroſa colluvie, paralyſi iſchiade, arthritide, ophtalmia ſeroſa chronica, in urinæ incontinentia a laxitate & debilitate veſicæ.

Emulſa nitroſa &

cam-

camphora, difficilem quidem mictum impediunt; ſed notandum, veſicantia, dumodo indicata dentur, vix unquam urinam ſupprimere.

Loca applicationis ſunt ſuræ, femora interna, brachia interna, locus interſcapularis, retro aures, nucha, angulus maxillæ, locus dolens, caput, fibulæ, &c.

Moris eſt, ut repetitis vicibus avulſa epidermide ad eundem locum applicentur veſicantia, ſed ſi non ſtudio vehementer excitare velis, hic mos etiam in putridiſſima febri rejiciendus eſt.

Incommoda veſicantium ſunt largæ ſuppurationes, citæ gangræneſcentiæ & ulcera, præcipue ſi locus veſicantibus tentatus decubitu prematur.